accepto. misisse postea ad eius fratrem hisboseth legitur. sicut sequentia declarant. Mi-
sit autem dauid nuncios ad hisbobet filium saul dicens. Redde uxorem meam mi-
chol quam despondi mihi centum preputiis philistim. Clangensque rex. abner ait. Nequaquam
quam ut mori solent ignaui mortuus est abner. hoc est non peristi in stul-
ticia tua. sicut ignaui perire solent. quia fraude deceptus es. Manus tue non
sunt ligate. et pedes tui non sunt conpedibus adgrauati. Non es captus iure belli. et manus
tue non sunt ligate. et pedes tui non sunt conpedibus adgrauati. sicut eorum manus solent li-
gari. et pedes uinciri. qui in prelio capiuntur. Dolo igitur non uiribus peremptus es.
Duo autem uiri isti principes latronum erant filio saul. nomen uni baana.
et nomen alteri rechab. filii remmon berothite. de filiis Beniamin.
Duo uiri isti principes erant super expeditiones hisboseth. Mortuo
uero abner. ut hebrei tradunt. consilium sunt cum mifiboseth. ut una interfice-
rent hisboseth. et eundem mifiboseth constituerent regem. et eidem consiliu-
mifiboseth delatorem extitisse. Et idcirco hic idem mifiboseth intro-
ducitur hoc in loco. Erat autem ionathe filio saul filius debilis pedibus. Quin-
quennis enim fuit. quando uenit nuncius de saul et ionathan. ex iezrahel.
et cetera sequentia. Uidentes uero baana et rechab a mifiboseth suum prodi-
tum esse consilium. timore perterriti. fuga lapsi sunt in gethaim. fueruntque ibi adue-
ne usque ad tempus illud. Tempus illud intelligendum est. quando inde reuersi do-
mum hisboseth feruente die ingressi sunt. assumentes spicas tritici. et per-
cutientes eum in inguine. Spicas tritici quasi causa pintiarum tulerunt.
ut honorem regi deferre uiderentur. et eorum dolus nequaquam deprehende-
retur. Filius xxx. annorum erat dauid cum regnare cepisset. et xl. annis re-
gnauit. In hebron regnauit super iuda vii. annis. et vi. mensibus. in ierusalem
autem regnauit xxx. tribus annis. super omnem israhel et iuda. Queritur cur
non in summa xl. annorum vi. menses numerentur. quod ab hebreis duobus sol-
uitur modis. Dicitur enim quia dauid absalon filium suum vi. mensibus fugerit. meri-
to eosdem vi. menses a summa regni illius exclusos esse. Dicitur et aliter. quod vi.
mensibus in hebron dauid quadam corporis infirmitate laborauit. et idcirco e-
osdem vi. menses non supputari in regno eius. Ex eo namque tempore regnasse di-
citur in hebron. ex quo deuictis amalechitis. de spoliis eorum misit dona
senioribus iuda. his qui erant in hebron. et his qui erant in bethel. et reli-
quis qui erant in his locis. in quibus commoratus fuerat dauid ipse. et uiri eius. Di-
citumque est ad dauid ab eis. Non ingredieris huc. nisi abstuleris cecos et claudos.